

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765


XCIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

libenter & liberaliter respicere proponentes, quod eidem Cardinali id erit gratissimum & acceptum. Tuque proinde ad nostra obsequia in perpetuum remanebis specialius obligatus. Datum ap. Burg. Sancti Domini XVIII. Julii XIII. Indict.

||
(L. S. major.)

Nota: Indictio XIV. ostendit, Diploma hoc datum esse A. 1226.



XCIV.

EXCERPTA EX HERMANNI ET HENRICI MARCHIONUM BADENSIIUM DONATIONE HEREDITATIS SUÆ DAGSBURGICAE, ECCLESIAE ARGENT. FACTA.

A N N O M C C X X V I.

Ex Archivo Episcopali & maioris Capituli Argentin. ap. Lagnille Hist. d'Alsace Probat. p. 33.

HERMANNUS & HENRICUS fratres Dei gratia *Marchiones de Baden* - - - Univerfam hereditatem in Episcopatu Metensi, Argentinensi, & Basiliensi ubicunque sitam, & ad nos ratione successionis per neptem nostram Gertrudim Comitissam bonæ memoriæ filiam Comitis Alberti de Tagisburc, jure sive proprietario sive hereditario seu alio quoque modo devolutam Ecclesiæ integraliter contulimus memoratæ tam in castris, oppidis, villis, possessionibus quibuscunque, hominibus rusticis scilicet ministerialibus & va fallis, &c. Ad majorem autem cautelam & effica-

ciam possessionum predictarum, vocabula quedam propriis & cunctis nominibus duximus exprimenda. Castrum videlicet Tagisburc, castrum Girbaden, castrum Bernstein, castrum Egensheim cum omni jure & pertinentiis universis. Acta sunt hæc anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto nonas Novembris.



XCV.

SENTENTIA DEFINITIVA PER SIGEBERTUM COMITEM DE WERDA ET HENRICUM EIUS FILIUM LATA, QUOD HAEREDITAS DE QUA INTER HERMANNUM ET HENRICUM MARCHIONES BADENSES, NEC NON DUCEM BRABANTIAE CONTENTIO ORIEBATUR AD IPSOS MARCHIONES PER OBITUM COMITISSAE DE DAGSPURG SORORIS EORUNDEM DE JURE SIT DEVOLUTA, QUAM QUIDEM HAEREDITATEM MARCHIONES PRAEFATI BERTOLDO EPISCOPO AC ECCLESIAE ARGENTINENSI DONAVERUNT.

A N N O M C C X X V I.

Ex archivo maioris Capituli Argent. ap. Laguille l. c. p.34.

SIGEBERTUS Dei gratia, Comes de Werde & Henricus filius ejus Comites Alsatiae, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Noverint universi praesentes & futuri qualiter nobilibus viris *Hermanno & Henrico Marchionibus de Baden*, coram nobis in judicio